



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Conuerso in Missa dormitanti, diabolus carnes obtulit, cap. 83

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

plenam ante os suum sensit, de qua etiam more canino, vt sibi videbatur, comedit; cumque sic bestialiter comedere erubesceret, caput quandoque retraxit, & satis durè parieti illisit.

CAPVT LXXXIII.

Conuersus quidam, sicut ab eius ore audiui, cum die quadam auditor esset cuiusdam priuatae missae, in canone modicum quid dormitans, ex illusione diaboli, ipsum super quod prostratus iacebat lignum, dentibus rodere cœpit, ac si aliquid masticaret, & erat stridor dētium eius, vt sonus muris, testam nucis dentibus suis perforantis. Frater Richwinus Cellerarius noster, qui ad missam eandem ministrabat, hæc audiens, in orationibus suis impediabatur: & cum posset Conuerso loqui, interrogabat eum, quid in missa inter dentes haberet, dicens: non potui propter vos orare; respondit ille: Credite mihi, ego comedi bonas carnes. Vnde habuistis illas, inquit? respōdit Conuersus: Diabolus infra illum canonem præparauerat ori meo scutellam carniū bene referram: si non creditis, notate lignum, in quo iacui, vestigia dētium meorum bene ibi repetietis; & narrauit ei, qualiter à diabolo dormitans fuisset illusus; lignum verò ex dentibus eius fuerat corrosum. Sit inimicus viros religiosos, quos decipere per gulam non potest vigilando, ad minus illis illudere cōnatur dormitando. Audi nunc de quadam virgine, quam per carnes non dormitantem, sed vigilantem visibiliter tentauit; nec tamen præualuit.

CAPVT LXXXIIII.

Virgo quædam de Niuela nata, domum patris & parentes amore Christi deserens, quibusdam feminis religiosis illius prouinciæ se sociauit, cum quibus de opere manuum suarum victitans, orationibus, ieiunijsque vacauit. Cuius virtutibus diabolus inuidens, anserem de domo patris eius tulit, & in triclinio, in quo cum cæteris feminis sedebat, deposuit, dicens: Quid te misera fame crucias? accipe & manduca. Cui cum illa diceret: Non licet mihi ex eo come-

*Etiam in
vigilia.*

come-